

grossos omnes ad unum peremit. S. GREG. TRA. I. I.

Seneca ait : Nullos pejus de omnibus mortalibus mereri, quam qui Philosophiam (multo magis Evangelicam doctrinam) velut aliquod artificium venale didicerunt, qui aliter vivunt, quam vivere preceperunt. Non magis potest talis prodesse, quam gubernator in tempestate nauseabundus. Non est loquendum, sed gubernandum. SEX. EPIT. CII.

Qui docet, et non facit, duplex onus imponit, unum præcepti, alterum mali exempli. (Talis autem est quisvis hypocrita) nam, cum omne præceptum per se grave sit, nisi charitas, quæ omnia levia facit, accedat; ita adhuc gravius est, cum illud non ferunt, qui ad ferendum valentiores videntur. STAPLET. TEXT. I, l. IV, in *Dom. 2 Ado.*

Fertur Nero olim Senatores Romanos rogasse, ut in sui gratiam ludum populo facerent, et ludum histrionicum in foro Romano inter se exercerent; quod cum negarent ut alienam a dignitate sua, saltem ut larvati id facerent, petiit; quod cum subterfugere non possent, saltusque levissimos exercerent, subito latentes sub cortinis satellites prosilierunt, et omnibus larvas detraxerunt, tanto eorum pudore, ut suffecerit ad vitam auferendam. DIO. LASSIUS, in *Nevone*.

Canna palustris juxta aliam saccaream et melleam arundinem uno anno sic excresecens, ut aliquot cubitis altior altera esset, comasque et folia late explicans, saccaream velut parvam et gracilem cum despiceret, hæc modeste respondit, non invadere se excelsum verticem, nam excelsas arbores plerumque infrugiferas esse, ac ignis pabulum, sed et ipsam omni fructu vacuum brevi confringendam, ignique adjudicandam esse; se vero in pretio habendam, ac in dulcissimis dominorum cellaris asservendam. Idem hypocritis olim eveniit. SYRIL. I. I *Apol. mor.* c. XIV.

Achab, quia mutato habitu se in aciem immisit, telo percussus interit. Idem timeant hypocrite, si alios se fingant, bonisque admisceant, III REG. XXII.

AXIOMATA.

Recte de hypocritis et moribus hujus temporis dixit nonnemo :

Aunis mille jam peractis,
Fides nulla est in pactis,
Mel in ore, verba lactis.
Fel in corde, fraus in factis.

ESSELGR. in *Dom. 5 post Pent.*

Communi olim proverbio dicebatur : Malum, ubi se bonum simulat, ibi pessimum esse. LANGIUS, in *Polyant.*

AUCTORES.

Josephus Langius, in *Polyanthæ*. V. eod. Joannes Bæsaus, in *Panario*. V. eod. Jacobus Marchantius, in *Tubo Sacerdotati* tract. I, lect. v.

Ludovicus Granatensis, in *Sylva locorum communiuum* fol. 603.

Thomas Stapletonus, in *Promptuario*, text. I in *Dom. 3, post Pent.* et text. v, *Dom. 12 post Pent.* et l. I, *Dom. 22 post Pent.*

Joannes Dadræus, in *Loci Commun. similium*. V. eodem.

Henricus Engelgrav. in *Dom. 5 post Pent.* Josephus Mansi, in *Bibl. moral.* tr. XXXIII.

INFERNUS.

QUOAD ESSENTIAM.

DEFINITIO. — Est locus iis destinatus, qui lethali peccato obnoxii, impenitentes vita decedunt; ubi cum Dæmonibus, beatifica Dei visione, et bonorum omnium æterna fruitione orbati, æternis autem grassantis flammæ ardoribus addicti, sine fine, requie, et intermissione ardebunt. Claris alii se describunt : Infernus est locus subterraneus damnatis angelis et hominibus paratus, in quo est omnis boni absentia, omnis mali presentia, omnis pœnæ indesinentia. Vocatur etiam in Scriptura *Gehenna*, ob comparationem cum valle profunda prope Jerusalem, ubi Judæi idolo Moloc filios suos in igne immolabant, et ne pereuntium ejulatus audiretur a parentibus, tympanum pulsaba-

tur, qui locus *Gehenna*, sive *Tophet* appellatur. *Pædog. Christ.* p. I cap. VIII, §9.

DIVISIO. — Dividitur hæc inferni pœna communiter in pœnam *damni* et *sensus*; quarum prior privatione visionis beatificæ, posterior in dolorum sensibilium inflictione consistit; cum enim Divina Justitia secundum doctrinam DOMINI. Thom. æqualitatem postulet, in culpa autem duo interveniant, aversio a Deo et conversio ad creaturas, quibus Deum postponit peccator justum, omnino videtur, ut nec in conspectum hujus beneficium unquam admittatur, nec a creaturis aliud, quam tormenta experiatur. SYRIL. III *contr. Gent.* cap. CXLIII.

Pœnæ particulares.

Prima *Tenebræ*, juxta illud Christi: Mittite eum in tenebras exteriores (MATTH. XII, 13); ut, quemadmodum SANCTUS Augustinus discurrit: Penitus extra Deum sit, quisquis, dum tempus est, corrigi noluerit. SANCTUS AGOSTINUS. in *Ps. VI*. Hinc Isaias clamat: Tenebræ et palpato factæ sunt super speluncas, usque in æternum. ISAIAS. XXXII, 14. Atque adeo hortatur Jeremias: Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat. JEREMIAS. XIII, 16.

Secunda, *Fletus*, juxta illud Matthæi: Ibi erit fletus et stridor dentium. MATTH. XIII, 42. Fletus quidem, ut SANCTUS Bernardus ait, ob ignem, qui non extinguitur; stridor vero ob vermem, qui non moritur. SANCTUS BERNARDUS. s. VIII in *Ps. Qui habitat*. De quo fletu recte SANCTUS CYRILLUS, illic, ait: Ingemiscunt assidue, nec ullus miseretur; clamant de profundis, et nemo flectitur; lamentantur, et nullus eripit.

Tertia est, *Fames et sitis*, juxta illud SANCTI Davidis: Fames patientur ut canes. PSALMUS. LVIII, 7. Et bibent de vino iræ Dei. APOCALYPTICUS. XIV, 18. Sicque implebitur Prophetia Isaie dicentis: Ecce servi mei comedent, et vos esurietis. Ecce servi mei bibent, et vos sitiatis. ISAIAS. LXV, 13.

Quarta, *Fetor*, juxta illud Apocalypsis: Pars illorum erit in stagno ardenti, igne et sulphure. APOCALYPTICUS. XXI, 8. Quam gravis autem hic fetor futurus sit, ex SANCTI Bonaventuræ testimonio colligi potest dicentis: Si vel unus damnati cadaver in orbe hoc nostro sit, orbis totus ab eo inficeretur. *Apud DREX*. c. v. *Rog. dam.*

Quinta, *Ignis*, juxta illud SANCTI Marci: Ubi

vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur. MARCUS. IX, 46. De quo ipse Deus: Ignis, inquit, succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima. DERR. XXXII, 22. Et claritas SANCTI Hieronimi: In uno igne omnia supplicia sentiunt in inferno peccatores. SANCTUS HIERONIMUS. in *Pœn.*

Sexta, *Vermis*, juxta citatum DOMINI. Marci textum, qui quidem duplex est, Innocentio teste, interior, qui radit cor; exterior, qui radit et urit corpus. INNOCENTIUS. I. III, de *Miseriis hom. vit.* c. n. Hic est vermis, inquit DOMINUS Bernardus, qui non moritur, memoria præteritorum. Semel injectus, vel potius innatus per peccatum, hæsit firmiter, numquam deinceps avellendus. Nec cessat rodere conscientiam, eaque pastus esca utique inconsumptibili, perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, et mortem vivacem. Horreo incidere in mantis mortis vivens, et vite morientis. SANCTUS BERNARDUS. lib. V de *Consid.*

Septima, *Locus*, de quo Job: Dimitte me ergo, ut plangam paululum dolorem meum; antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam, et operam mortis caliginæ, terram miserie et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. JOB. x, 21. De quo loco patet SANCTUS Bernardus sic loquitur: O regio dura et gravis, regio extimescenda, regio fugienda, terra oblivionis, terra afflictionis, terra miseriarum, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Locus lethifer, in quo ignis ardens, ubi frigus rigens, vermis immortalis, fetor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confusio peccatorum. Totus tremo atque horreo ad memoriam istius regionis, et concussa sunt omnia ossa mea. SANCTUS BERNARDUS. s. de *quinque Region.*

Octava, *Societas*; nam, ut Cassianus ait, ibi atrociter sane Angeli commorantur, quorum brachia sunt ut capita Draconum, quorum oculi igneas ex se sagittas emittunt, quorum dentes ut elephantis prominent, et stimulant ad tormentum ut eandem Scorpionis, quorum aspectus dolorem inducit, tremorem, ac mortem CASSIANUS. in *Confess. Theol.* p. III. Et hi nempe sunt Spiritus illi, qui, teste SIRACIDE, ad vindictam creati sunt, et in furore suo firmaverunt tormenta sua (ECCLESIASTICUS. XXXIX, 33); ut, quemadmodum EIRANUS loquitur, qui fuerunt illis voluntarie subiecti in culpa, eis involuntarie subiciantur in pœna. Nec credat quis solatium

se ex eo capturum, quod multos se in his tormentis socios habere videat, nam consolatio, ut sapienter advertit S. Augustinus, quæ a malis aliorum originem trahit, in mediocri tantum afflictione locum habet; quando autem magnus est cruciatus, et anima nimium vexata, adeo fluctuatur, ut seipsam quoque ignorare videatur, nullum ex aliorum consortio solatium percipere potest; id quod ex podagrico colligere licet, qui, si acutis doloribus cruciatur, et si mille offerantur vehementius dolentes, ne respicere quidem videbitur.

Nona, *Desperatio*; damnatis quippe illud Jeremiae vaticinium convenit: Insanabilis est fractura vestra, pessima plaga vestra, plaga inimici percussi estis, castigatione crudeli, insanabilis est dolor vester. JER. XXX, 11. Quæ poena merito gravissima censeri potest, cum juxta commune proverbium, ultima omnium malorum sit æterna desperatio.

Decima, *Æternitas*, juxta illud Christi: Discedite a me, maledicti, in ignem æternum. MATTH. XXV, 41. Ut sciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem. EZECH. XXI, 3.

EX S. SCRIPTURA.

QUALITAS. — Sicut oves in Inferno positi sunt (Ps. XLVIII), id est, inquit Michael de Bononia, ponentur post ipsorum mortem: sicut ovis ignoranter ducitur ad mortem, sic isti ignorantes vitam futuram, in infernum ducuntur.

Dominus deducit ad Inferos, et reducit (I REG. II), quod S. Gregorius sic explicat: Omnipotenti Deo ad Inferos ducere, est, peccatorum corda æternorum cruciatuum consideratione terrere. Et quoque ab inferis reducere, est, territas poenitentium, atque commissa lugentium mentes spe vite indeficientis attollere. Tum quippe peccare desinimus, cum superna gratia mollitis cordibus futura tormenta formidamus. S. GREG. in cit. loc.

Descendant in Infernum viventes; (PSAL. IV) ne, ut nonnemo ait, descendant morientes; dolores ejus revisant, ut horreant, et refugiant.

Devorabit eum ignis, qui non succenditur.

(JOB. XX.) Super quæ verba S. Gregorius ait: Miro modo paucis verbis expressus est ignis Gehennæ. Omnipotentis justitia futurorum præscia, ab ipsa mundi origine gehennæ ignem creavit, qui in poena reprobatorum esse semel inciperet, sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiret. S. GREG. I. XV *Mor.* c. XVII.

Flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendens eum. Is. XXX.

De cadaveribus eorum ascendet fetor. Ib. XXXIX.

Collegit furorem suum in me, et comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. JOB. XVI.

Omnis dolor irruet super eum. Ib. XX.

Pones eos ut cilicium ignis in tempore vultus tui; Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis. Ps. XX.

Dolores Inferni circumdederunt me, preoccupaverunt me laquei mortis. Ps. XVII. Videntes turbantur timore horribili. SAP. V. Abscondam faciem meam ab eo, et erit in devorationem, invenient eum omnia mala. DEUT. XXXI.

Terra miseriæ et tenebrarum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. JOB. X.

Quærent mortem, et non invenient eam, et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis. AROC. IX.

Dabit ignem et vermes in carnem eorum, ut urantur, et sentiant usque in sempiternum. JUDITH. XVI.

Lata porta, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam. MATTH. VII.

Juxta multitudinem adinventionum suarum, sic sustinebit. JOB. XX, 18. Qui enim, ait S. Gregorius, multa adinvenit ad culpam, novis adinventionibus cruciatur in poena. S. GREG. I. XV *Mor.* c. XI.

Pluet super peccatores laqueos, ignis, et sulphur, et spiritus procellarum, parris calcis eorum. Ps. X, 7.

Ad nimium calorem transeant ab aquis nivium; et usque ad Inferos peccatum illius. JOB. XXIV, 19.

Filii Regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. MATTH. VIII, 12.

Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Is. XXXIII, 14.

Ece ego cibabo populum istum absinthio, et potum dabo eis aquam fellis. JER. IX, 15.

Si quis adorerit bestiam et imaginem ejus, et acciperit characterem ejus in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero. AROC. XIV, 9.

Ece enim dies venit succensa quasi caminus, et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem, stipula, et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercitum, quæ non derelinquet eis radicem et germen. MALACH. II, 1.

QUANTITAS. — Potentes potenter tormenta patientur. Et fortioribus fortior instat cruciatio. SAP. VI, 6 et 10.

Quantum se glorificavit, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum. AROC. XVIII, 7.

Reddite illi, sicut et ipse reddidit vobis et duplicite duplicia secundum opera ejus; in poco, quo miscuit, miscete illi duplum. Ib. 6.

ÆTERNITAS. — Etenim sagittæ tuæ transiunt; vox tonitru tui in rota. Ps. LXXVI, 19.

Ibunt hi in supplicium æternum. Justi autem in vitam æternam. MATTH. XXV, 46.

In sempiternum ascendet fumus ejus, a generatione in generationem desolabitur; in sæcula sæculorum nullus erit transiens per eam. Is. LXXIV, 9.

Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Ibid. LXVI, 24.

In illa die quærent homines mortem, et non invenient eam; et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis. AROC. IX, 6.

Inebriabo eos, ut sopiantur, et dormiant somnum sempiternum, et non consurgant. JER. LI, 39.

Factus est dolor meus perpetuus, et plaga mea desperabilis renuit curari. JER. c. XV.

Non dabit Deo placationem suam; laborabit in æternum. PSAL. XLVIII.

Luet, quæ fecit, nec tamen consumetur. JOB. c. XX.

Discedite a me, maledicti, in ignem æternum. MATTH. c. XXV.

Dilatavit Infernus animam suam, et aperuit os suum absque illo termino. Is. V, 14.

EX SS. PATRIBUS ET DOCTORIBUS.

VERITAS. — Nullus sibi blandiatur, et dicat, quia Deus non in finem irascetur, neque in æternum indignabitur, sed miserationes ejus super omnia opera ejus. Quia cum iratus est, non obliviscetur misereri, nec quia, quidquam eorum, quæ fecit Deus, odit. Assumens in errorem argumentum, quod ait Dominus per Isaiam Prophetam: Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur in carcerem, et post multos dies visitabuntur. Homo namque peccavit ad tempus, non ergo punit Deus in æternum. O spes inanis! O falsa præsumptio! Non credat, frustra errore deceptus, quod aliquo pretio sit redimendus, quoniam in inferno nulla est redemptio. Congregabuntur ergo peccatores in lacum, et claudentur in carcerem, scilicet in inferno, in quo sine corporibus usque in diem Judicii torquebuntur, et post multos dies, postquam videlicet resurgent cum corporibus suis in novissimo die, visitabuntur, non ad salutem, sed vindictam, quia post diem judicii gravius punientur. INOC. *de Contemptu mundi*, c. x.

Dixit hoc infinita Dei Sapientia; et, quæ damnatos punit, est infinita Dei potentia, quod facit miris, sed veris modis. S. AUG. lib. XII, *de Civ. Dei*, c. x.

QUALITAS. — In inferno, etsi erit stimulus poenitentis, nulla tamen erit correctio voluntatis, a quibus ita culpabitur iniquitas propria, ut nullatenus ab eis diligi possit vel desiderari justitia. S. AUG. *de fide ad Petrum*.

Ille ultrix flamma concremationem et lumen non habet, quia quo illos gehennæ flamma devorat, a visione veri luminis cæcat, ut foris eos dolor combustionis cruciet; et intus poena cæcitatibus obscurat, quatenus qui Auctori suo corpore et corde deliquerunt, simul corde et corpore puniantur, et utrobique poenas sentiant, qui, dum hic viverent pravis suis delectationibus ex utroque serviebant. S. GREG. I. X, *Moral.*

Ejicientur in tenebras exteriores, ut illic dentibus strideant, qui hic de edacitate gaudebant; nam fletus de ardore, stridor de frigore excitari solet. Ibi duplex esse ostenditur gehenna, scilicet nimii frigus et intolerabilis fervor. Idem, c. VIII, *sup. Matth.*

Ignis gehennæ lucebit miseris ad augmentum, ut videant, unde doleant; et non ad consolationem, ne videant, unde gaudeant. *Isid. l. I de Summ. bono.*

Affligetur relictus in tabernaculo suo. Iniqui tabernaculum caro est, quia ipsam lætus inhabitat, et, si sit possibile, optat, ut eam nunquam relinquat. Quam videret carnem eum in resurrectione receperit, eum ea gehennæ igni traditus ardebit; tunc ab ea educi appetit, tunc ejus tormenta evadere, si valeat, querit, tunc incipit velle vitare, quod amavit. Sed quia eandem carnem Deo præposuit, judicante Deo agitur, ut ex ea amplius in igne crucietur. Hic itaque eam relinquere non vult, et tamen ab ea abstrahitur; illic eam relinquere appetit, et tamen in ea propter supplicia servatur. Ad augmentum itaque tormenti et hic corpore nolens educatur, et illic in corpore tenetur invitus; et propterea de talibus dicitur: Affligetur relictus in tabernaculo suo. *S. GREG. l. XV Mor. c. VII.*

Infernus lætus est sine mensura, profundus sine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili; ibi miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali. *HUGO, l. IV, de Anima.*

Gehennam meruimus; ibi nullus unquam cibus est, nulla consolatio, nullus terminus; ibi guttam aque dives postulat, et accipere non meretur. *S. BEAT. serm. IV Quadr.*

Gehennæ ignis eum sit incorporeus et in se missos reprobos corporaliter-exurat, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel, durat inextinguibilis, et successione non indiget et ardore non caret. *S. GREG. IX, Moral.*

In inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cadentium, horrida visa Dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium honorum. Erit enim miseris mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors semper ibi incipit et deficere nescit. *Idem, c. VIII, sup. Math.*

POENA SENSUS. — Time gehennam, contremisce a dentibus bestie infernalis, a ventre inferni, a rugientibus preparatis ad escam. Time vermem rodentem, fumum et vaporem, et sulphur, et spiritum procellarum. Time tenebras exteriores, et dicitur:

Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut præveniam flentibus lætus, et stridores dentium? *S. BEAT. s. III, sup. Salve Regina.*

Sciendum est, quod reprobi, quia et anima simul et carne peccaverunt, illic in carne patiantur, et in anima cruciantur. Unde bene per Psalmistam dicitur: « Pones eos ut cilibanum ignis, in tempore vultus tui, Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis; nam cilibanus intrinsecus ardet, is vero qui devoratur ab igne, ab exteriori parte incipit concremari; ut ergo sacra eloquia reprobos ardere interius et exterius demonstrarent, eos ab igne devorari, et ut cilibanum poni, testantur, ut per ignem devorentur in corpore, et per dolorem ardeant in mente. *BELLOVAC. Spect. Mor. p. III, l. II, dist. 1.*

Si ante oculos cordis nostri positus sit homo, exempli causa, qui tam in ipsis oculorum suorum pupillis, quam etiam in singulis membris ferrum ignitum et candens infixum habeat, ut nec medullæ, nec intestina, nec omnino quidquam in toto ipso cruciatu immanitate careat, vel eam levius, quam in oculis aliquatenus sentiat, quid dicam? angustatur; quis hunc sanæ mentis æstimet inter ista? Si tanta erit acerbitas in uno tormento, quid ergo in tantâ diversitate et pluralitate tormentorum, quæ simul concurrent in uno damnato? *Ibidem.*

Dum recognosco Job sedentem in sterquilino, Joannem esarientem in eremo, Petrum pendentem in patibulo, Jacobum decollatum Herodis gladio, cogito, qualiter Deus in futurum cruciabit, quos reprobos, qui ita dure affligit, quos amat. Si cum inimicis amicis sic agitur tempore gratiæ, quid hostibus fiet tempore vindictæ et justitiæ? *S. GREG. apud Mansi, disc. XXVI, n. 8.*

QUANTITAS. — Licet gehenna una sit, non tamen cunctos una, eademque qualitate succendit; quia, quod hic dispar agit valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. *Idem, l. IX Moral.*

Si peccator sum, numquid eadem mihi erit poena, si semel peccavi, quæ, et si secundo, et tertio, et si frequentius peccemus? Non ita erit, sed pro modo, et numero, et mensura peccati, etiam poenæ quantitas metienda est. Deus enim dabit nobis panem lacrymarum, et potabit nos lacrymis, sed in mensura; mensura autem hæc erit, quam

sibi quisque vel minus, vel amplius peccando quesierit. *Orig. hom. VIII, in l. Num.*

Colligite primum zizania, ait. Fasciculos ad comburendum ligare, est eos, qui æterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare, ut, quos similis culpa inquinat, par etiam poena constringat. *S. GREG. in c. XIII, Matth.*

ÆTERNITAS. — Quisquis ad toleranda inferni mala descendit, nequaquam ulterius ad lucem redibit; quia nequaquam ultra misericordia parentis liberat, quos semel in locis penalibus justitia judicantis damnat. *Idem, l. IX Moral.*

Ad districti Judicis justitiam pertinet, ut numquam careat supplicio, qui numquam in hac vita voluit carere peccato; et nullus detur iniquo terminus ultionis, quia, quædam valuit, habere noluit terminum criminis. *Idem.*

Oh hoc inflexibilis et obstinatæ mentis malum punitur æternaliter, licet temporaliter perpetratum, quia quod breve fuit tempore, vel opere, longum esse constat in pertinaci voluntate; ita ut si numquam moreretur, numquam velle peccare desineret; imo semper vivere vellet, ut semper peccare posset. *S. BEAT. in ep. cccii.*

Elapsis decem millibus annorum, adjiciuntur centum millia, post hæc centum millia, tot junguntur myriades et milliones, quot in firmamento sunt stellæ, et in litore maris arena. Post quæ longissima annorum spatia quasi nihil de penis nostris accisum esset, sic iterum ab initio pati tormenta incipiemus, atque ita sine interruptione, sine fine, sine modo, volvetur assidue nostrorum tormentorum rota. *DIO. CAR. in Specula amat. mundi.*

Expiatura illic erit inextinguibilis concrematio, quidquid hic non studuerit sanare correctio. Ardens inferni puteus aperietur; descensus erit, reditus non erit; de hoc puteo Propheta commemorat: « Neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. » Ideo autem dixit, « neque urgeat super me os suum, » quia cum susceperit reos, claudetur sursum, et aperietur deorsum, dilatabitur in profundum, nullum spiramen, oculos liber anhelitus, clausurus desuper urgentibus, relinquetur. Detrudentur illic valdecentes rerum nature, noluerunt a Deo, qui Deum scire noluerunt. *S. EUSEB. EMISS. hom. in de Ep.*

Qui in hac vita fructuosam non fecerit

penitentiam, habebit quidem in alio sæculo penitentiam de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inveniet; quia etsi ibi erit fœtore penitentia, nulla ibi erit correctio voluntatis; a talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus possit ab eis diligi, vel desiderari justitia. Sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt; ita illi, qui erunt in supplicio ignis cum Diabolo et angelis ejus deputati, sic nullam habent requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. *S. AUG. l. de fide ad Petr. c. XXVI.*

Ibi (nempe in inferno) nec qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur; sic enim ignis ibi consumit, ut semper reservet; sic tormenta aguntur, ut semper renoventur. *S. BEAT. Medit. c. XXX.*

Isaias Propheta de reprobis, et supplicio mancipatis longe ante prædixit. *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quam damnationis vulnera suscipere, et dolores vulnorum nunquam finire? In hujus vitæ tormentis timorem dolor non habet, quia nequaquam mentem metus cruciat, eum pati jam coeperit, quod metuebat. Inferni ignibus reprobi traditi et in supplicis dolorem sentiunt, et in doloribus angustia pulsante, semper pavore feriuntur, ut, quod timent, tolerant, et rursum, quod tolerant, sine cessatione pertimescant. Hic metus amittitur, cum tolerari jam coeperit, quod timebatur; illic et dolor dilaniat, et pavor angustat. *RABAN l. IX, c. 1 in Eccles.*

Non cessabit exactor in culpa, ideo non cessabit tributum in poena. Quamdiu durabit vestis, durabit tinea. Quamdiu erit cadaver, erunt, vermes. Quamdiu erit anima, erit ignis, cuius ipsa est materia. *HUGO. CARD. in c. XVIII, Luc.*

Flammis ultricibus traditus semper moritur, quia semper in morte servatur; non enim in morte consumitur, quia si consumeretur vita morientis, eum vita etiam poena finiretur, sed ut sine fine crucietur, vivere sine fine in poena compellitur, ut, cuius vita hic mortua fuit in culpa, illic ejus mors vivat in poena. Dicit ergo: « Lul, quæ fecit anima, nec tamen consumetur, » (*Job. XX, 12*), quia cruciatur et non extinguitur, moritur et vi-

vit, deficit et subsistit, finitur semper et sine fine est. Hec solo auditu valde sunt terribilia, quanto magis passione? S. GREG. I. XVII, *Mor.* c. xi.

In eadem poena nec acerbitas eternitatem, nec æternitas tollit acerbitatem; unde Psalmista: « Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos; » scilicet mors æterna. Sicut enim animalia depascunt herbas, quia penitus non eradicant eas, sed remanent radices, unde iterum crescit herba; sic miseri in inferno corrodentur a morte, sed afflicti iterum reservabuntur ad poenas. S. BERNARDINUS, tom. II, s. xi, a. 3, c. iii.

Plerique solam immensitatem divinæ misericordiæ considerantes, magnitudinem divinæ justitiæ non attendunt, cum nec minor, nec minus æterna sit Dei justitia, quam ejus misericordiæ; nec minor, nec minus æternus debet esse ipsius effectus misericordiæ in salvandos et beatificandos. Idem, l. c. a. 3, c. iv.

Debent damnati æternaliter cruciari ratione utilitatis; nobilissimus enim fructus, et utilitas magna est divinarum Scripturarum, æternas poenas comminantium transgressoris sua leges; hoc enim fortius, cautius, sollicitius nos cohibemus a malis, et ejus judicia amplius metuemus, et humiliter, et timoratius reveremur, atque ejus præceptis obediuntius et reverentius et subjectius coheremus. Ib. c. iii.

Duo sunt in poena, duratio et intensio. Intensio respondet intensiōni libidinis, quæ finita est. Duratio vero respondet durationi peccati, et in hac vita, quoad voluntatem, et in alia quoad obstinationem; quia in inferno in ea voluntate, qua discedit, in ea remanet; peccatum enim licet sit finitum, tamen durat in infinitum, ideo punitur poena infinita duratione, acerbitate tamen finita. Idem, tit. IV, s. XVIII *extraordin.*

In inferno nulla est redemptio, quoniam qui illie damnatus et demersus fuerit, ulterius non exiit. S. AUG. in serm. *ad Eremitas.*

ÆQUITAS. — Quid autem dicam pressuras hujus temporis, cum non minus ipsa quoque gehennæ comminatio, quam promissio Regni, ineffabilem ipsius elementiam commendat? Nisi enim ille gehennam minatus esset, non facile quisquam celestibus bonis poliretur, neque enim sufficit sola gaudiorum promissio, ad excitandos ad virtutem animos, nisi etiam eos poenarum timor im-

pellat, qui negligentius ad eam affecti sunt. S. CHRYS. I. *de Prov. Dei.*

Nisi fuisset intentata gehenna, in eam omnes cecidissemus; nisi prænuntiatus ignis fuisset, ignem fugisset nemo; si nunc enim timore animas nostras concutiente, sunt alii qui tam facile peccantes, tanquam nec ipsa sit; si nihil horum dictum fuisset, aut intentatum, quid mali non fecissemus? Ib. hom. I.

GRAVITAS PÆNÆ DAMNI. — Intolerabilis quidem res est gehenna, quis nesciat? et supplicium illud horribile, tamen, si mille alii quis ponat gehennas, nihil tale quid dicturus est, quale est ablata illius gloriæ honore repelli, exosumque esse Christo, et audire ab illo: Non novi vos. Idem, hom. XXIV *in c. VII Matth.*

Multi inferni ignem timeant, sed ego maxime amaram dico amissionem gloriæ; nam qui non novimus magnitudinem celestis boni, non possumus intelligere, quantum sit malum illo privari. Idem, hom. XXVII *ad Popul.*

Si poena sola esset, quanta in inferno minima cogitari potest, perire a Regno Dei, exulare a civitate Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei, quam abscondit timentibus se, perfecti autem sperantibus in se, tam grandis est poena, ut ei nulla possint tormenta, quæ novimus, comparari, si illa sit æterna, ipsa autem sint quamlibet multis seculis longa finienda. S. AUG. *Enchir.* c. cxxi.

Qui dulcedinem sapientiæ et veritatis utcumque sentire cœperunt, noverunt, quod dico, quanta poena est, tantummodo a facie Dei separari. Qui autem illam dulcedinem non gustaverunt, si nondum desiderant, Dei faciem timeant, vel ignem, supplicia terreat, quem præmia non invitant. Vile tibi est, quod Deus pollicetur? Contemisce, quod minatur. S. AUG. *in Ps.* iv.

Summa profecto miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest bene esse, illa simul miseria et tenebrarum terra est, quia quisquis ad ejus mala toleranda descenderit, ad divine claritatis aspectum ulterius nullo modo rediit. BELOV. l. c. dist. III.

EX LIBELLO DE IMITATIONE CHRISTI.

Quid aliud ignis ille devorabit, nisi peccata tua? Quanto amplius tibi nunc parcis, et carnem sequeris; tanto durius postea lues, et majorem comburendi materiam reservas. L. I, c. XXIV, § 3.

In quibus homo peccavit, in illis gravius punietur. Nullum vitium erit, quod suum proprium cruciatum non habeat. Ib. § 4.

Ibi acediosi ardentibus stimulis pugentur, et gulosi ingenti siti ac fame cruciantur. Ibi luxuriosi et voluptatum amatores, ardenti pice et fustido sulphure perfunduntur. Et sicut furiosi canes præ dolore invidiosus ululabunt. Ibi superbi omni confusione replebuntur, et avari miserissima egestate ardebunt. Ibid.

Ibi erit una hora gravior in poena, quam hic centum anni in amarissima poenitentia. Ibi nulla requies est, nulla consolatio damnatis. Ibid.

Disce nunc in modico pati, ut tunc a gravius valeas liberari. Hic primo proba, quid possis postea. Si tunc tam parum vales sustinere, quomodo æterna tormenta poteris sustinere? Si modo modica passio tam impatientem efficit, quid gehenna tunc faciet? Ib. § 6.

Bonum est, ut, si necdum amor a malo te revocat, saltem timor gehennalis coerceat. Ib. § 7.

Si futuras inferni poenas cordialiter perpenderes, credo, quod libenter laborem et dolorem sustineres, et nihil rigoris formidares. Lib. I, c. ii, § 5.

Ut æterna futura supplicia possis evadere, mala presentia studeas pro Deo æquanimitate tolerare. Lib. III, c. xii, § 2.

EXEMPLA SACRA ET CATHOLICA EXTERNA.

QUALITAS. — Gulielmus Parisiensis spirituales quosdam, quæ suggestionibus inimici opponere debeamus, praxim exhibet in verba sequentia: In illo igne sempiterni ardoris, ardore concupiscentiarum extinguo. In omni æstu tentationum mearum, fornacem illam infernalem refrigerium mihi facio; et quod est mirabilis, ad illam fugio. Quantum ab illa fugio, tanto ipsa est mihi fortius refugium, atque securus. Quanto enim magis illam timeo, tanto ab illa magis securus sum. MANSI, disc. IV, n. 7.

Narrat Innocentius Tertius qualiter defunctus quidam scholaris, disponente Deo, nocte quadam suo apparens magistro, se in æternæ damnationis barathrum præcipitatum esse dixerit; nec interitum discipuli obstupuit preceptor, utpote ejus pessimam

vitam, simili terminandam exitu, probe noverat. Cum autem inter argumentantes facile primus fuisset, dum viveret, cum interrogavit, utrum etiam in inferno disputationes locum haberent; cui miser: Apud inferos solum quæritur, quid non sit poena; cumque, qua ratione quæstio hæc resolveretur, interrogasset, respondit discipulus: Pro parte negativa; per hoc insinuarè volens, nihil adeo in inferno exile esse, quod dolore et excessivo careat tormento. Ideoque omnes merito damnati ingemiscere possunt, perpetuo dicentes: Circumdederunt nos mala, quorum non est numerus. Supra eos Paradisus est, sed æternum ipsis oculus; sub his abyssus est, sed nunquam aperienda, ne fugæ pateat locus; ante se æternitatem videbant omnium tormentorum perpetuo tolerandorum; a tergo illos amarissima cruciabit indelebiter præteritarum voluptatum memoria, ad dextram Dæmones experientur carnifices, furibundos, indefessos, et malignos tortores; ad sinistram innumerabiles habebunt culpam comites, qui poenas angebunt; intus nunquam moriturus ream conscientiam mordebit vermis, et desperatissima desperatio. Hinc B. Laurentius Justinianus, postquam damni poenam in inferno fusius considerasset, subjungit dicens: Illis autem addicta est societas Dæmonum, horrendus ipsorum aspectus, ardor inextinguibilis ignis, stridor dentium, palpabiles tenebræ, interiores lacrymæ, impropiorum vociferatio, intolerabilis sitis, sulphureus fœtor, conscientie vermis, carcer abyssi, evadendi desperatio, interminabilis divinæ visionis carentia.

S. Bernardinus de se ipso fatetur: Contremisco a dentibus bestie infernalis, a ventre inferi, a regentibus preparatis ad escam, horreo vermem rodentem, et ignem torrentem, fumum et vaporem, et sulphur, et spiritum procellarum. Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut præveniam flentibus flentem, et stridorem dentium, et manuum pedumque dura vincula, et pondus catenarum frementium, stringentium, urentium, nec consumentium? S. BERNARDINUS, s. XVI *in Cantic.*

S. Antoninus narrat, quod quidam Parisiis studens, dum in mortem incideret, cum lacrymarum abundantia confessus, et Sacramentis munitus fuerit, sique discedens, opinione omnium ad salutem pertigisse credebatur. Quidam vero Doctor, qui ejus fue-

rat magister, eumque sæpius inviserat, a vivente petierat instanter, ut si Deo ita placeret, ei statum suum post mortem manifestaret. Elapso itaque aliquo tempore, nocte quadam ei apparuit vestem indutus ex pergameno, plenam sophismatibus, igneque contextam; quem ubi recognosceret præceptor, quis ejus status esset, interrogavit; cui hic se damnatum esse asseruit. Tunc ille obstupescens, causam requisivit interitus, cui respondit damnatus: Poenitentia mea, intellige extra Sacramentum, et lacrymæ non fuerunt ex amore Dei, et principaliter propter Deum offensum, sed propter timorem inferni, ne ad illum deportarer, et ideo mihi non valuit. Præceptor autem mysterium dictæ vestis interroganti respondit damnatus: Eam sibi in superbie et vanæ gloriæ, quam in argumentando et disputando habuit, obtigisse supplicium, eamque longe sibi ponderosiorum esse, quam si vastissimam portaret turrim. Ignis autem vestimenti in penam ei datus erat vanitatis, quam in vestitu quasiærat vivens; federatura ignis sibi erat pompa vestium. Cumque Doctor tantarum punarum accerbitatis peteret indicium, tunc miser: Aperi, inquit, tu manum tuam, et super eam imponam unam guttam sudoris ex fronte mea egredientis. Quod cum illo fecisset, et guttam parvam sudoris immisisset, persensit ille penam intolerabilem, ad mortem usque inducentem: Sic ardeol exclamans, disparuit. S. ANTON. p. IV, tit. XIV, c. v.

Dæmon aliquando, ut narrat Severus Sulpitius, speciosam indutus formam, in capite coronam, in corpore deferens purpuram, Sancto apparuit Martino, eique dixit: Vide nunc, quo me honore prosequi debeas. Ego enim sum Christus. Moxque Sanctus fraudulenti serpentis fraudem cognoscens, respondit: Dominus meus non se in hac forma appariturum promisit, sed sanguineum, spinis coronatum, inque cruce pendentem, se videndum exhibet; et ideo Regem hunc peregrinum non agnosco. Quibus dictis, Dæmon disparuit, talemque post se reliquit foetorem, ut S. Martinus se in inferno positum esse putaret, diceretque apud se: Si vel Diabolorum unus sic foetet, quis tam Diabolorum, quam damnatorum foetor erit? Nec mirum, quia, ut S. Chrysologus veraciter testatur: Dæmones paseuntur cadaveribus, putredine saginantur, deliciantur foetore. SEVERUS SCLPIT. in vita S. Martini.

In *Prato florida* refertur, quod S. Dominicus spiritus infernales, qui certum quandam dæmoniacum possidebant, interrogavit, quoniam inter Christianos potissimum damnarentur; moxque dæmoniacus e naribus edere inceperit sanguinem immundum et crassum; ex auribus vero lutum deformem, venenosum odens foetorem; e faucibus denique spumam evomerit horribilem, et supra modum foetentem. Tuncque sanctus vir Dei malignis spiritibus, ne inde decederent, præcepit, nisi prius ad propositam questionem responderent. Quapropter magnam ostendentes renitentiam, tandem ululando responderint: Nos ingentem possidemus Prælatorum Ecclesiæ, et Principum multitudinem, rusticorum vero aliorumque opificum paucos habemus; quia tametsi hi quoque ad perfectionem non contendant, tot tamen tamque gravium malorum rei non sunt, sicut hujus sæculi viri potentes. Verum quidem est, quod agricolæ pessimam de se spirant odorem propter continuos sudores, quibus laborando perfunduntur, verumtamen, quia ut plurimum vitam innocentia Christiana conspiciunt agunt, et in naribus divinis bono odore fragrant; putredo autem, quæ cloacæ infernales graveolentem efficit, sola est illa, quæ ex peccato oritur; quo magis abundant illi, qui inter divitias et sæculi hujus delicias vitam agunt. *Pr. florida*. p. II, l. III, c. XXIV.

Mendoza in sermone quodam refert. Deum cuidam servo suo die quadam penas monstrasse infernales, quas dum ille consideraret, miser quidam reprobos in easdem perductus fuit, ad quem omnes Dæmones magno cum gaudio accurrentes, compedibus pedes ejus strinxerunt, ejus insuper collari ferreo collum, manicis vero item ferreis manus onerantes, quem postea in lectum igneum procumbere fecerunt, et quasi illum ex itinere defatigatum refocillare volentes, calcem ei propinarunt ardentibus carbonibus refertum, eumque pariter ad cantandum invitaverunt, utpote qui vivens tantopere cantionibus lascivis delectatus fuisset; quibus cum miser responderet: Eheu! quomodo hic cantabo, cum fauces meæ ex ignitis carbonibus succensæ ardeant? Nequaquam, responderunt Dæmones, sed cantare oportet, prout potes. Quin potius, respondit infelix reprobos, plangam et ululabo. Et hoc nobis sufficit, responderunt diaboli carnifices. Quapropter in hunc modum suum

exorsus est lamentum: Maledicta sit dies illa, in qua natus sum; maledicti sint mater, quæ me peperit, et pater, qui me generavit; maledictæ sint deliciae, in quibus hactenus vixi; maledicti amici, qui me seduxerunt. Cui unus illorum respondit: Et hos tibi ex latere vicinos habes. Progressus est infelix ille ulterius dicendo: Maledicta sint peccata, quæ patravi. Sed, ad quid tibi hoc lamentum servit? dixit alter. Maledictus, subjunxit reprobos, sit Creator, qui me creavit; Redemptor, qui me redemit; Judex, qui me condemnavit. Et quantum existimatis Dæmonum esse gaudium, ejusemodi blasphemias audientium? Ad has damnatos incessanter instigant, ut acerbissimorum suppliciorum divinæ justitiæ contra illos adaugentur congeries, crescatque odium adversus Deum, illos hoc modo torquentem. MENDOZA, s. v. *Dom. Quadrag.* n. 24.

Usurarius quidam duos habebat filios, quorum unus cum patre in sæculo permansit, alter vero Religionem ingressus in eadem permansit; paulo post vero mortuus est pater, cui successit filius, qui in sæculo permanserat, qui tamen nec ipse diu post patrem in vita superstitis mansit. Filius autem Religiosus cupidus sciendi statum patris, necnon et fratris in altera vita, Deum, ut hanc ei gratiam concederet, ardentem rogavit, quam et obtinuit; nam, ut prefatus S. Bernardinus ait, raptus ad infernum neminem videbat, et cum diligenter inspiceret, egrediebantur de uno puteo inflammati, et ligati, et sibi invicem maledicentes. Pater dicebat filio: Maledictus tu sis filius, quia fui usurarius propter te, hanc penam intravi. Filius vero dicebat patri: Maledictus tu sis pater, quia si tu usurarius non fuisses, et injuste non exegisses, ego injuste non possiderem, et hanc penam non sustinerem. S. BERNARDINUS, l. IV, s. XVIII, *extraord.*

De mercatore quodam legitur, quod, cum morti proximis sana adhuc mente vigeret, in presentia testium sequens condiderit testamentum dicendo: Relinquo corpus meum terræ, animam vero Diabolo consigno, quia hæc propter injustitias meas ad ipsum pertinet. Huic insuper consigno animas uxoris et filiarum mearum, quæ, dum superbis indui voluerunt vestimentis, me coegerunt, ut ad illa requisita per fas et nefas congregarem pecunias. Commendo quoque eidem Diabolo animam confessoris mei, qui mihi absolutionem impertitus est a peccatis meis,

nec tamen me unquam ob illa reprehendit, aut ad restitutionem inique partorum adstrinxit. COSTRUPS, in *Dom.* 24, *post. Pent.*

Inter alias S. Brigittæ revelationes legitur, sanctam hanc vidiam vidisse quandam damnatæ animæ horribilem speciem, quæ instar umbre ejusdam et caliginosæ quodam lacu egrediebatur sine corde, detrunctis labiis, semidevoratis naribus, oculos habentem in genas usque pendulos, pectusque a vermibus jugiter corrosam; hæc anima admodum lamentabatur de filia, quam in sæculo reliquerat, quamque pessimis exemplis, dum in hac mortali vita degeret, imbuerat, moestaque voce gemens dicebat: Heu, heu! filia, non filia, sed lacerta, veneno foetidissima! Miseram me, quæ te genui! Miseram, quæ te exemplo meo peccare docui! Quoties enim pessimis meos imitata mores etiamnum peccas, toties hæc inferni, quæ propter te patior, tormenta novis acutibus recrudescunt. *Revel.* l. VI, c. 111.

B. Furseum Hybernum, Peronensium in Picardia Divum Tutelarem, inferni cruciatus, quos semel in mentis raptu viderat, tam acriter deinceps afficiebant, ut plena hyeme, simpliciter quamvis veste lectus, eorum recrudatione statim guttatim toto corpore sudaret. V. BENA, l. III, *Hist. Ang.* c. XIX.

Anno Domini 1090, defunctus quidam sodali apparens narravit, se ad inferni penas damnatum esse, eo quod de anime immortalitate dubitans, plenas vitis habenas laxasset. Ut autem suppliciorum, quæ tolerabat, acerbicem illi explicaret, manu frontis sudorem abstersit, et guttam unicam in alterius carnem immisit; quæ ipso tempore instanti tanta vi illam penetravit, ut ingenti cum cruciatu foramen nucis avellanae recondendæ capax fecerit; hæc illi subinde dixit: Sit hoc vivum tibi, et perenne infelicitatis meæ monumentum, et ad meliorem frugem stimulus. Et si tibi consulis, ad sanctum religiosæ vitæ asylum a S. Melanio melotem accepturus confugis. VINCEN. *Spee. Hist.* l. XXV, c. XXXIX.

Inferni penas ostensura mater filio Religioso, tam horrendum perocorum grannitum fecit eum audire, ut nullum ei tormentum comparari posset, videturque juveni cœlum scindi, et super caput cadere; quo audito maluit rigorem Ordinis, quem deserere voluerat, sustinere, quam eundem deserendo in tanti mali periculum se præcipitare. *Spee. Ex. v. Apostata*, ex. XXXVII.

Religiosus quidam ad extrema deductus cum duos Dæmones ad infernum rapere ipsum volentes vidisset, tantum ex hoc aspectu horrore concepit, ut diceret, si esset ignis ex ære et sulphure mixtus, qui ad finem mundi duraret, se libentius per illum transireturum, quam adhuc semel Dæmones aspereturum. *Id. v. Factes. Davi.*

S. Gregorius narrat præparatum vidisse scelerato cuiuspiam rogum, cujus cacumen a terra usque ad cælum porrigi videbatur. S. GREG. I. IV. *Dial. c. XXXII.*

Cum quidam nobilis, Waltherus nomine, in villa Enderius prope Bonnam decumberet, Diabolum secus lecticam caprinis cornibus, et simiæ facie stantem conspexit; ex quo cum percontaretur, quantus infernalis ignis esset? respondit ille: Nostis arces illas in vicino septimontio diætas Wolckenberg et Brackenfeld? Quo annuente, subdidit Dæmon: Etsi arces hæc et montes ferret essent, projecti tamen in infernum momento citius liquefierent. CESAR. I. XII, c. v.

Memoratu dignum est, quod in Mexicana provincia contigit, anno Domini 1596. Erat in oppido quodam medicus indigena, tanta morbi pressu gravitate, ut die quadam sensibus omnibus desitutus, pro mortuo haberetur, jacuit exanimi similis horas multas.

Circa annum Domini 1557, contigit ut Anabaptista quidam, nomine Adrianus, matrem suam adhuc Catholicam conaretur in suam sectam pellicere. Accidit autem Anabaptistam illum in carceres conjici, ultimoque supplicio adjudicari, ad quod cum jam deducendus esset, accessit ad eum mater rogans, ut post obitum sibi appareret, seque de statu suo certiorum redderet, quem si felicem cognosceret, se in eandem doctrinam concessuram. Filius supplicio affectus paulo post matri apparuit in forma tetrici, nigerrimique canis, oïens se esse filium suum ac perpetuo damnatum. TILMANNUS, I. VII. *Coll. Sac. c. XLVI.*

Theodoricum, Italie Regem, ne in interitum rueret æternum, sua tenere vis, sususque non valuit potentatus. Quem solitarius quidam in Lipara Siciliae insula Deo serviens, in foveam illam, quæ flammam eructat, vincitum dejecti vidit a Joanne Papa Symachoque Patritio, quos ille Catholicam tuentes fidem non multo ante occiderat. Merito ab ipsis præcipitari visus est, quos ipse præcipitatus in mortis ignominiam putavit, dum martyrio coronarentur; deprehensum quoque est, eodem die ipsum interiisse, quo

quasi calcariam fornacem vidisse ingenti igne succensam inde has voces accepisse se: Nunc scelerati christiatis, turpitudinis et rapinarum pœnas luetis; nunc illatas pauperibus injurias ulciscemur. Harum vocum terrore percussus sese a viro admiranda specie in manu apprehensum, ex angustiis illis impeditisque ac confragosis salebris ereptum, in summum montis jugum, indeque aspera et lapidosa semita in latissimam amenissimamque planitiem, perpetua viriditate, gratissimamque florum specie vernantem esse deductum; inde in locum clariore lumine lucentem devenisse, ibi portam majore adhuc splendore fulgentem intrare conatum a duce suo retentum esse, monilumque iterum redire in vitam animique sordes confessione perpuraret, tunc ipsi intra eam portam ingressum expeditum fore: Admone igitur, subiecit illi, venificam illam popularem turbam horum suppliciorum, quæ vidisti, mortem properam illi imminere, æternaque supplicia fornacis, quam spectasti, nisi animum male actæ vitæ penitentia subeat. Quæ cum narrasset, omnium Sacramentorum præsidio munitus, triginta tantum vixit horas. *Ex. anal. Soc. Jesu. an. 1596. sub. coll. Mexicana, ad vides P. Greg.*

In Japonia cum Dæmon in obsessio adjuratus, jussus fuisset specimen infernalium tormentorum exhibere, respondit: Damna maxime a frigore et igne pati. Dumque ita loqueretur, repente obsessus factus est totus candens, quasi carbo ignitus, et cepit toto corpore fumare ac sudare. Paulo post cepit dentibus stridere, toto corpore tremere et rigere, quasi in media glacie diu perstitisset. FABER, conc. II, in *Dom. 10. post Pent.*

VERITAS. — Princeps quidam pessimam vitam ducens, cum sæpius ab uxore moneretur, ut confessionem faceret, semper ex timore penitentiae injungendæ id recusavit. Cum vero objiceret uxor, graviore esse pœnas inferni, quas sustinere olim deberet; iterum respondit ille, frustra infernum timeri, ut qui Sacerdotum duntaxat sit inventum.

Paulo post duo Dæmones eum ex lecto cum ahripissent, uxorque petisset a Deo ut statum marii revelare dignaretur, mane surgens, cadaver totum denigratum, atque in manu hanc schedam habens reperit: Jam certificatus sum, quia infernus est, et timor quem habui ad penitentiam agendam, me illic deportavit. *Spec. Ec. v. Confess. ex. XXVII.*

QUANTITAS. — Quidam in spiritu hominis eujusdam mundani et carnalis animam tali modo cruciatam vidit. Primo conspexit Dæmones animam illius rapere, et ad Principem tenebrarum adducere, qui in ignea sella prædam suam expectabat, cui jam præsentata dicebat: Volo, te magnifico hoc sedili honorare, postquam in magno honore apud homines fuisti, et semper gloriam ambivisti. Quæ mox funestum hunc honorem lamentabili voce deflevit. Tum alii Dæmones adeunt offerentes ei poculum amarissimo et foetidissimo potu plenum, et cogebant eam bibere dicentes: Ita decet; fuisti enim amicus nobilissimorum vinorum; proba nunc vinum illud, quod nos bibimus in hac regione. Hos secuti alii duo, qui duas tubas igne plenas inflabant in aures, vociferantes: Hunc concentum tibi præparamus, sciebam enim te, cum viveres, harmoniarum amatorem. Post hos alii duo in pectus illius viperas injiciebant dicentes: Quia fuisti appetitor amplexuum et oculorum impudicorum, his nunc voluptatibus te oblecta; his frueri istarum loco, quas in mundo habuisti. LUDOV. GRAN. I. I. *Memor. c. I.*

Innocentius refert, olim discipulum quemdam suo magistro apparuisse, et cum hic quaereret, an etiam apud inferos quaeritur solummodo quid non sit pœna. INNOC. DE CONTEMPT. MUNDI, I. III, c. VII.

In Japonia cum Dæmon in obsessio adjuratus, jussus fuisset specimen infernalium tormentorum exhibere, respondit: Damna maxime a frigore et igne pati. Dumque ita loqueretur, repente obsessus factus est totus candens, quasi carbo ignitus, et cepit toto corpore fumare ac sudare. Paulo post cepit dentibus stridere, toto corpore tremere et rigere, quasi in media glacie diu perstitisset. FABER, conc. II, in *Dom. 10. post Pent.*

VERITAS. — Princeps quidam pessimam vitam ducens, cum sæpius ab uxore moneretur, ut confessionem faceret, semper ex timore penitentiae injungendæ id recusavit. Cum vero objiceret uxor, graviore esse pœnas inferni, quas sustinere olim deberet; iterum respondit ille, frustra infernum timeri, ut qui Sacerdotum duntaxat sit inventum.

Paulo post duo Dæmones eum ex lecto cum ahripissent, uxorque petisset a Deo ut statum marii revelare dignaretur, mane surgens, cadaver totum denigratum, atque in manu hanc schedam habens reperit: Jam certificatus sum, quia infernus est, et timor quem habui ad penitentiam agendam, me illic deportavit. *Spec. Ec. v. Confess. ex. XXVII.*

In Prato florido impius quidam die quodam ad tabernam accessisse scribitur, seque circulo immiscuisse plurium aliorum, quorum unusquisque, quidquid occurreret, eructabat; quos inter unus memorare cepit, qualiter Parochus ejus in sermone quodam mirabilia prædicasset de altera vita, et qualiter animæ nostræ Deo præsentandæ sint, ut rationem reddant de omnibus perpetratis malis. Quibus auditis ille novus advena præ reliquis temerarius et impudens, ait: Ne nugis credatis Sacerdotum illorum, quia mille vendunt mendacia, ut populum suis attrahant novitatibus. Quibus dictis, omnes in effusum soluti sunt risum; quorum ille applausum aucupatus docere cepit, nec Dæmonia, nec infernum, nec animarum esse immortalitatem. Inter hæc supervenit Diabolus formam humanam indutus, statumque sublimis, qui cum iis assidens, novum jussu portari vinum, et circumstantes ad bibendum invitans, quid rerum loqueretur, interrogavit? Cui sacrilegus iste: Ego sodalibus meis recensebam, qualiter Sacerdotes nostri millenas de animabus, Dæmonibus, inferno, aliisque similibus inventionibus venditant novitates. Sane, quod me concernit, hanc si quis animam meam comparare vellet, pro amphora vini eam venderem, quin et hanc ipsam cum sociis meis ebiberem. Tunc omnibus aliis in risum effusus, subjunxit Dæmon: Ego hujusmodi quaero venditores, inque hujusmodi mercatura genere delector. Mox itaque inter eos iniquus factus est contractus, et juxta infelicis illius hominis dispositionem, omnes iterum bibere coeperunt; postque aliquantuli temporis inducias circumstantes interrogavit Dæmon, an non justum foret, ut, qui comparavit equum, capistrum quoque jure sibi vindicet, quo ligatur equus? Quibus omnibus affirmative respondentibus subjunxit ille: Tempus est, ut singuli singulas repetant aëdes. Tunc miser ille risum in tremorem convertens, sibi dici audivit a Diabolo: Veni mecum, amice mi, et discite, utrum anima, infernus, et alia sit

vita. Moxque cum rapuit per aera, nec amplius comparuit. *Prat. flor. p. I, l. IV, c. XXIX.*

Utilitas considerati Inferni.

S. Joannes Damascenus in historia de S. Josphat, de sancto hoc juvene refert, quod, cum ex incantationibus Tende Magi concitatus in procinctu esset, ut uni puellarum coram se congregatarum in prædam cederet, eique sub specie et colore eandem ad fidem convertendi desponsaret, subito in extasim raptus, ad penas infernales contemplandas, ab Angelo ductus fuerit, mox ab extasi sibi restitutus, omnem in se ignem sensualem extinctum esse compertus fuerit; nam statim ad sese rediens, toto corpore contremiscebat; lacrymæ fluminum instar, ex ipsius oculis flebant, atque omnis impudicæ illius puella, reliquarumque aliarum pulchritudo, quovis cono et sanie foetior ipsi visa est. S. DAM. in vit. S. Josphat.

Drexelius de quodam Belga, cui nomen Bertrandus, narrat, feroci, turbido, vitioso et bellicoso, quin et crapulae et ebrietati, lusibus, choreisque dedito adolescente. Hic enim dum pridie Cinerum conviviis, saltationibusque vacaret, interius se tangi advertit a Deo, radioque illustrari aeternitatis; hinc sub pretextu respirandi sub aere liberiori, tantisperse subduxit a reliquis; quem paulo post sequentes sodales dum tristem offenderent, unanimiter exhortati sunt, ut depulsa melancholia ad choreas et convivium rediret. Ille vero de morte, de rigorosissimo iudicio, deque aeternitate discurre cepit; quod circumstantes merum esse jocum existimantes, facile contempserunt; sed ubi seria verba esse adverterunt, attentiores præbuerunt aures, quibus ille in hunc cepit protestari modum: Definitum est mihi, socii, deinceps alium agere hominem, hinc ludicris abstinere, mutare mores pristinos, legibus Christianis vivere. Et certe si sapio nullam in posterum occasionem negligam consequendæ salutis, nec puto sero nimis respicere; quamvis doleo, non citius huic cogitationi animum adpeisse, cum jam satis intelligam, fugacissimis his voluptatibus unam imminere aeternitatem. Sic pergo, vos singuli rem vestram agite. Hisque dictis a sodalibus suis se sequestravit, quos ob subitanam mutationem omnino reliquit attonitos.

Eodem vero tempore ibidem præsens erat frater Eleutherius Pontanus, Soc. Jesu Religiosus, qui olim Bertrando optime notus in domum ejus hospes diverterat, cujus improvisam præsentiam cernens, sine mora ejus se pedibus advolvens, in Societatem Jesu admitti ardentem postulavit. Unde post aliqualem vocationis suæ factam experientiam, anno 1602, in eandem Lovanii receptus fuit, ubi magna cum exemplaritate, et bonitate vitæ non vulgari vixit. DREXEL. in *Rogo Damnat.* cap. XVII.

Homo quidam doctus familiari amico suo post mortem apparuit, eique retulit, qualiter in agone, dum cum morte luctaretur, inimicus generis humani secum in materis fidei nostræ disputans eundem seduxerit, ideoque ad infernum aeternaliter damnatus fuerit: In ignem, inquit, abire jussus sum, quem, etsi maximus sit, utumque tamen tolerabilem judicarem, si post mille annorum millia finiendus esset; sed æternus est, idemque tantus, quantum apud nos nulla consumpsit ætas. Maledicta scientia, que me in tam immane præcipitum deiecit! Dixit, et in auras abiit. At vero qualem existimatis amicum ejus ex hac apparitione collegisse fructum? Superstes alter, tum rei novitate, tum amici exilio aeterno motus, amicissimos quosque, qui super ea re in melius consulerent, interrogavit; moxque aliter vixit, sanctius obiit. MANSI, disc. IV, n. 9.

S. Bernardus, una cum patre in villam quamdam suam profectus, ibidem sub antiquo quodam trunco in conspectu patris sui prædicavit, vidensque patrem in obstinatione sua persistere, præcepit circumstantibus, ut ad viridem illum truncum ignem applicarent; apposita tamen prius circumquaque sufficiente lignorum securum strue quæ subito conceperunt incendium. Truncus vero tarde circa medium ab extremis emittens humorem fetidum, et fumum terribissimum, diu ignem servavit. Tunc incepit Sanctus loqui de penis inferni, dixitque patri, quod esset similis illi trunco, quia hic non poterat igne diurno succendi, nec flere peccata, nec suspirare ad Deum, sed ipse in inferno, nisi poenitentiam ageret, in æternum arderet, fleret, et fetentem fumum emitteret; ad quæ verba pater compunctus, eum secutus est, et monachus factus. *Ibid.* disc. vi, n. 7.

P. Jeremias Drexelius, se a viro fide digno audivisse refert, quod Theodoricus,

Episcopus Trajectensis, servum quemdam haberit, Eberbach nomine, qui licet domino suo ob egregiam prudentiam, industriam et fidelitatem acceptissimus esset, nihilominus æmulum suorum perfidia victus, ut se de illis vindicaret, semetipsum desperatus in Diemonis tradidit potestatem. Elapsis vero aliquot annis mortuus est, ejusque anima in mare quoddam flammarum conjecta fuit, a quibus adeo excessive vehementer patiebatur dolorem et penam, ut sæpius protestatus fuerit, malle se igne ex omnibus totius mundi lignis excitato, ad novissimum iudicii diem usque ardere, quam in hoc flammarum mari per unam horam cruciari. Dum vero in maximis tormentis esset, Angelus quidam ei apparsit, dixit illi: Hanc esse retributionem, quam Dæmon dare solet illis, qui ultra se ejus potestati devoverunt. Verumtamen confestim subjunxit: Die, sodes, quid si Deus hanc tibi gratiam concederet, ut in vitam denuo mortalem redire posses, facturuse es sinceram de peccatis tuis poenitentiam? Imo vero, respondit infelix, et quidem asperime me poenitentia afficerem. Cum igitur cadaver ejus etiamnum insepultum domi consideret, defunctus e feretro resurgens, rediit ad vitam, et poenitentiam agere cepit adeo rigorosam, ut Ottomem Episcopum in Terram Sanctam comitatus, nudis pedibus post equum illius inter silices et sentes cucurrerit, sanguisque e pedibus ejus abundanter manarit, pauperibus quoque omnes facultates suas distribuit, quotidie in pane et aqua jejunavit; monitusque a nonnullis, ut hinc vitæ rigorem nonnihil temperaret, se atrociores passum fuisse penas respondit. Unde vitam professus est religiosam, in qua inter austeritates excessivas ad finem usque perseveravit. *Ibid.* disc. XVIII, n. 3.

Abbas Olympius aliquando interrogatus, qualiter speluncae suæ inhabitare posset angustias, et excessivos supportare calores, præter apum, muscarum, et culicium sanguinem continuo elicientium morsus et puncturas? respondit: Calices sustineo, quia verem timeo immortalem; flocci facio calorem, qui ignem pertimesco æternum. Hæ afflictiones finem habebunt, non illæ. S. CLIX. in *Scala Paradis.*

Colonellus quidam in bello Mantuano, 1630, post plurimam collectam prædam mortuus est, prius condito testamento, ut exequias quam sumptuosissime sibi facerent;

reliquum omne mox a funere ceteri legionis illius ministri lasciviendo et luxuriando obligurient, nec finem prius facerent, quam omnia absumpsissent. Executi sunt graviter mandatum defuncti Ducis committiones. Cumque nocte quadam vino et luxu maderent, ortus subito strepitus est, quasi innuenera per gradus catena traherentur, donec ad compotantium conclave turba et horror pervenit. Cohorruere omnes, præsertim ubi sponte janua reserata ingentem ante fores conclavis ignem, et inter ignis flammam quemque sibi ipsi exhibuit. Ex quo pavore turbatus conventus, alii paucis post diebus mortui, alii post menses aliquot; ita tamen, ut omnes intra anni unius (nisi fallor) spatium obierint, uno excepto, qui adhuc vivit tragœdia oculatus testis, narratque ipse palam. *Ex litteris Nicolai Mohr.*

Subulus pecus nocte reducens, cum pecus stabulum introire nollet, jussit istud ex impatientia, ea celeritate in haram se conferre, qua Juristæ infernum intrant; illi mox imperata faciunt. Vidit hoc e turri moniorum Joan. de Florentia Advocatus, et conversus, altero mox die Franciscanorum familiam inivit. S. ANTON. tr. III, *Hist. tit. XXIV, c. IX.*

Novi quemdam, ait P. Gasparus Tausch, qui ob apprehensam injuriam ab alio sibi factam, quæ ex se levis erat, adeo obstinavit, eum e medio tollere, ut diceret: Si hiantem ante se videret infernum, prius tamen illum occisurum, tum mox ad infernum insulturum. TAUSCH. in *Sap. Chris. c. XIV, § 6.*

Inferni tormenta Drechelmus a morte redivivus cum vidisset, severissimam vitam duxit, et sæpe frigidulo lacui se immerisit. Quærentibus vero quomodo tantum rigorem sustinere possit? id unum respondit: Acerbiora vidi. VEN. BOD. I, V, *Hist. Angl. c. XLII.* Indorum Rex, Josphat, visis inferni cruciatibus, in alium virum repente mutatus est, et in eremum concessit. S. JOAN. DAMASC. in *hist. Barl. c. XXX.*

S. Joannes Climacus cum coequum quemdam apud ignem assiduo flentem vidisset, causam hujus fletus ex eo quærens intellexit, quod quoties ignem istum intueretur, toties æterni ignis, atque eorum, qui ibi cruciantur, memoria subiret, quorum proin tam miserandam sortem non posset non delere. S. CLIM. tr. IV.

Olympius Abbas interrogatus, qua ratione

speluncam habitare, tantosque æstus, et cymplum morsus tolerare posset? respondit, se omnia hæc facile sustinere, eo quod vermem immortalem, et æternos ignes assiduo in mente haberet, et formidaret. *DAEX. in Rogo Damnat. c. xvii, epilog.*

Ludovicus Granatensis dicere solebat: Multi variis modis gehennæ penas numerant et amplificat; me vero nihil magis terret, quam quod ibi gloriosum Christi et intemeratæ Virginis nomen sine ulla intermissione convitiis afficitur, et blasphematur. *LUD. GRANAT. in Loc. Com. f. 933.*

S. Gregorius refert, Petrum Eremitam defunctum, et protinus corpori restitutum narrasse, se inferni supplicia, et innumera flammarum loca spectasse, cumque jam ipse etiam isdem immergi deberet, subito ab Angelo apparente ereptum fuisse, qui eum his verbis allocutus est: Régrèdere, et qualiter tibi posthac vivendum sit, cautissime attende. *S. GREG. I. IV. Dial.*

Jordanus, Generalis Ordinis S. Dominici, cum diu frustra juveni nobili suaderet ingressum sui Ordinis, tandem ei dixit: « Rogo te, inspicere manus tuas, et membra corporis tui tam formosa, et cogita, quantum damnatum sit, ista membra fieri pabulum æterni ignis. » Quod ille faciens commotus, Ordinem ingressus est. *Discip. in Prompt. lit. P. ex. 70.*

Monachus quidam natione Iberus, cui Petro nomen fuit, cum non satis monastice viveret, mortem obiit, mox autem corpori restitutus, dixit, se vidisse inferorum tormenta, perpetuumque gehennæ ardorem, cumque prope esset, ut et ipse in ignem projiceretur, ab Angelo fuisse ereptum, et ad mortalem vitam, quam reliquerat, redire jussum; hoc addito, ut jam disceret, qualiter sibi deinceps vivendum esset. In tantum itaque postea immutatus est, ut ipsa corpus maceracione se vere vidisse testaretur, quod tantopere timeret. *MURULL. I. III.*

Multitudo damnatorum.

Eremita quidam raptus in alteram vitam, vidit animas, sicut nivem densissimam in infernum incidere, sed ad Paradisum tres dumtaxat evolasse, scilicet Episcopi ejusdam, Prioris Carthusiani, ac viduæ ejusdam Romane. Quod cum ad se rediens Innocentio Cardinali narrasset, ille missis hinc

inde nuntiis, personas illas eodem tempore mortuas esse comperit. *Spec. Ex. V. Damnat. ex. 1.*

Sed et Decanus Ecclesiæ Lingoniensis post mortem suo Episcopo apparuit, et his verbis eum allocutus est: Age penitentiam, emenda vitam, corrige conscientiam, dimitte superbiam simul et avaritiam, aliter nunquam habebis coelestem gloriam; non enim tam facile est salvari hominem, sicut creditur; quoniam dum ego presenterer tremendo Dei judicio, affluerunt ibi triginta millia animarum, de quorum numero S. Bernardus et ego salvati sumus, tres in Purgatorium descenderunt, reliqui omnes damnati sunt. Quo dieo disparuit. *Ib. ex. II.*

Cancellarius quidam Parisiensis facundissimus Orator, post triginta dies a morte, Episcopo, uti ab eo peterat, apparens, postquam dixisset, se propter superbiam et carnis voluptates damnatum esse, quasi vit ab eo, quot anni a morte sua effluxissent. Cumque advisset, non nisi triginta dies interea elapsos fuisse, cum ejulatu exclamavit: Væ, væ, credebam ipsam jam diem judicii esse consummatam, quia sicut nix de celo cadit, ita animæ cadunt in infernum. His diebus valedicens Episcopo disparuit. *Ib. v. Infernus, ex. xiv.*

EXEMPLA DOMESTICA.

S. Franciscus Borgias dicebat, se, quoties iter faceret, duos prodromos præmittere ad hospitium, in quibus diversurus esset, scilicet cognitionem suorum peccatorum, et contemplationem penarum inferni, quas meritis fuisset suis peccatis, si que fieri, ut omnia diversoria optime semper preparata inveniret, etsi omnia necessaria deessent. *Vita, I. IV, c. II.*

P. Josephus Cuisnotus, licet in summa apud populo, nondum esse persoluta ad se vocavit, eique legatam portionem dedit, ac inde duæ ad capitale supplicium jussit, ut patri Augusto rei veritatem exponeret. *MART. ZEILER. Cent. I. ep. lxxvi.*

Plutarcus quemdam asserentem inducit, homines terribissimos, scelerumque maculis notatissimos post mortem in obscurum quemdam locum, qui reserari nequeat, intrudi. *PLUT. I. de Sera Vindicta.*

P. Leonardus Lessius gravissimis calculi doloribus vexatus, exclamare solebat: O

peccatores, si Deus hic in uno membro ita torquet, quid in inferno erit, ubi nec membrum, nec musculus, nec nervus sine cruciatu erit? *ENGELG. in Luce Evang. Dom. v, post Eph. § 3.*

EXEMPLA PROFANA.

Bellovacensis narrat, qualiter Titus, Vespasiani filius in obsidione Jerosolymitana, dum suos milites ad intrepidam certamen animare vellet, exemplum iis proposuerit Leonidis, qui unus fuit e sociis Alexandri Magni; cum enim magnus hic Capitaneus innumerabilem Persarum contra se adventare cerneret exercitum, seque non nisi trecentos numerare Lacedæmonios, ita eos allocutus est: Prædeamus hodie in terris, quia sumus cœnaturi apud inferos! Quod dictum militibus tam generosum suggestit animum, ut nullus uno excepto, a prælio se subtraxerit, sed adeo generose pugnarint, ut victores gloriose evaserint. A quibus Bellovacensis ad nos transitum faciens, ita subjungit: Qui cogitat, quam mala sit cœna inferni, viriliter dimicet, ne vincatur, et victus, et captus ad illam perducatur. *BELLOVAC. Spec. Mor. p. III, I. II, dist. IV.*

Aristoteles post mortem cuidam suorum discipulorum apparens dixit: Ex omnibus, quorum habui notitiam et scientiam, hujus solius recorder, quod in æternum puniar. *CARAFEA, in Theolog. myst. x, I. Ex.*

Machiavellus morti proximus Florentiæ, cum de damnatione sollicitus esset, et in mentem veniret, Aristotelem, Platonem, Alexandrum damnatos, Apostolos autem missellos homines pauperes in cœlo, ait: Malo cum illis illustribus damnari, quam cum his villibus in cœlo degere. *STEPHAN. BINET.*

Tiberius hominem jocularem, qui mortuo, qui efferebatur, imperavit clara voce, ut Augusto nuntiaret, legata ab ipso facta Romano populo, nondum esse persoluta ad se vocavit, eique legatam portionem dedit, ac inde duæ ad capitale supplicium jussit, ut patri Augusto rei veritatem exponeret. *MART. ZEILER. Cent. I. ep. lxxvi.*

Plutarcus quemdam asserentem inducit, homines terribissimos, scelerumque maculis notatissimos post mortem in obscurum quemdam locum, qui reserari nequeat, intrudi. *PLUT. I. de Sera Vindicta.*

Socrates ait impii animum in locum oc-

cultum sub terra migrare; et regionem illam æneis catenis undique vinciri. *SOCRAT. apud Xenocrat.*

Tantalus apud inferos a Poetis perpetua fame ac siti torqueri fingitur, aquis et pomis ori imminentibus, quæ tamen vehemens non poterat. Quo tormento vehementissimam inferorum sitim ac famem indicabant. *OVID. I. IV. Metamorpha.*

Sisyphus abisdem Poetis fingitur saxum perpetuo ad montis verticem volvere, et relabentem revolvere. Quo figmento interminabilem penarum revolutionem et æternitatem significare voluerunt. *Ibid.*

Ad eandem tormentorum perennitatem significandam etiam Ixionem, Thessalum Regem, rotæ innexam perpetuo volvi finxerunt. Hinc illud Ovidii:

Volvitur Ixion, et se sequiturque, fugitque. *Ibid.*

Titium quoque gigantem, ob Latonam Apollinis matrem de stupro interpellatam, ab eodem Apolline sagittis confossum, et apud inferos ea lege alligatum fingunt, ut jecur a vulturibus dilaniaretur, et consumptum semper renasceretur. Quo figmento vermem damnatorum nunquam morientem innuebant.

SIMILITUDINES.

QUALITAS. — Sicut boni habebant septem bona, in quibus eorum consistit gloria; tria ex parte animæ, quatuor ex parte corporis; sic et mali in inferno septem dolores horribiles habebunt. Et in primis quidem odium Dei, contra amorem et dilectionem, quam habebunt Beati; erecitum mentis et intellectus, contra claram Divinæ essentia visionem; tristitiam et pavorem perpetuum, contra animarum glorificatarum gaudium. Contra vero dolores corporum Beatorum, sequentes damnatorum opponit, dicens: Contra claritatem habebunt obscuritatem; contra agilitatem, ponderositatem; contra formositatem et subtilitatem, deformitatem et densitatem. *HUGO CARDIN. in c. vii, Eccl.*

Sicut unus sol non omnia corpora equaliter calefacit; ita illic unus ignis animas pro qualitate criminum dissimiliter exurit. *MANSI, disc. IX, n. 10.*

Sicut Deus creaturas illas, quæ ad nobis beneficiendum formate sunt, per infinitam sapientiam et potentiam suam eo elevat, ut omnem propriam exsuperent naturalem vir-